

www.e-rara.ch

**Grammatica religiosa, quae pie docet declinare a malo, & facere bonum,
amplecti perfectum in praesenti, & respuere imperfectum, ad
obtinendum futurum infinitum, cum participio salutis**

Abraham

Salisburgi, 1691

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25335>

Sermo, de castitate.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

tara raptus est, quamvis hic sub S. Francisco, in familia laxiore, militaverit. Ex quibus chare frater facillè videre poteris, quam metuenda sint judicia DEI circa violatores voti paupertatis. Cogita præterea apud temetipsum, quid si tu ex his miserimis religiosis fuisses unus, & nunc jam infernali incendio æternùm conflagrares, quare age gratias DEO, quòd non iposuerit te in exemplar, quo alij tuo damno meliora saperent, sed quòd posuerit tibi alios ante oculos, quòd cautior alienis periculis fias, ac sanctæ pauperati studiosior. Declina ergò minima, quæ huic voto adversari videntur, & non facile committes majora. Et è contra ut loquitur Ecclesiasticus: *Si spernis modica, paulatim decides*; quapropter nè quondam cum memoratis infelicissimis cænobitis ad tartara decidas, noli cum eis nunc contemnere modica. Vale.

C. 19. v. 7.



S E R M O,

D E

Castitate.

Hæc est voluntas DEI, Sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisq; vestrum vas suum possidere in Sanctificatione & honore.
I. Thess. c. 4. v. 3.

P A R S P R I M A.

I. **M** Arcellus Scithiota Abbas apud Joan. Moschum ait; nihil ita DEO Monachos familiares efficit, ut pulchra & honesta & DEO gratissima Castitas, quæ sicut S. Paulus attestatur, honestatem & perseverantiam jugiter vacandi Domino sine distractione, præstat. Qua de causa SS. Patres ab initio monachismi eam censuerunt ad perfectionem unicè necessariam; nam mulier exactissimum instrumentum est, quòd mores viri boni corrumpi solent. Est autem Castitas tam præstans virtus, ut vel apprimè hanc DEI Filius suspexerit in gloriosissima Virgine MARIA, ideo etiam illam præ cunctis mulieribus in suam Matrem elegit. Unde constat nil efficacius esse pro impetrandis à DEO donis, quam humilis & pura castitas, per quam animæ nostræ Christo Coelesti Sponso copulantur. Et quid tali desponsatione præstantius? quid excellentius excogitari potest? Talis enim anima facillè à suo coelesti Sponso impetrabit, quæ petierit. Quemadmodum enim sponsæ Magnorum Principum, si fideles sint, omnia facillè à Sponsis suis impetrant, ut patet in Esther, quæ liberationem totius populi Judaici ab Asuero obtinuit.

prat: Spi-
rit. c. 41.

I. Cor. 7.

tinuit; Ita multò magis sponsa supremi Regis Christi omnia, & maximè aliorum liberationem à peccatis obtinebit. Rursus sicut Virgo in Zodiaco regnans, terram maximè frugiferam facit; Ita si castitas in animo hominis regnet, fructus honoris, & gratiæ copiosos germinare faciet. Præterea etiam castitatis amator non rarò cœlestibus inundabitur solatiis, multisque aliis divinis charismatis locupletabitur. Nam si Principes hujus mundi Sponsis suis tantas delectationes & recreationes, tantas divitias & honores provident, quanto magis Rex cœli & terræ Sponsis suis talia præparabit.

2. Porro Castitas rectè ab Ascetis comparari solet lilio non solum ratione eximij candoris & decoris, quo fulget, sed etiam sicut liliū sex habet folia candida, & aliqua grana quasi aurea in medio posita; Ita etiam in castitate sunt veluti sex folia, quæ valent ad conservandum liliū puritatis. Primum è Sobrietas idest in cibo & potu temperantiam servare ex mente S. Hieronymi, & hoc folium lacerat excessus in cibo & potu, quasi quædam spina; crapula enim & ebrietas est via ad luxuriam, ut patet in Loth, qui inebriatus perpetravit incestum. Unde dicit Apostolus; nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et Tertullianus, conspirata, inquit, & conjurata inter se sunt ebrietas & libido; sic omnium maximè crapula fugienda est, tanquam veneris hamus. Secundum folium castitatis est asperas vestes gestare, ita sentit D. Bernardus dicens; Sicut delicata mollities vestimentorum impuritatem causat, ita asperitas eorum hominem conservat in castitate. Spina lacerans est habitus superbus & mollis, qui incitat ad luxuriam. Unde Filij Israël fornicati sunt cum mulieribus Moabitibus, quæ se ornaverant. Tertium folium est otium summo opere fugere hoc enim fomes est impuditiæ; Unde S. Chrysostomus super Matth. ait; Vitium libidinis facilè ex vacantia & otio nascitur; nam definitio amoris hæc est, animæ vacantis passio. Cui consonat illud Ovidij.

Otio si tollas, periire cupidinis arcus.

Et istud.

Queritur Aegyptus, quare sit factus adulter

In promptu causa est, desidiosus erat.

Quartum hujus lilij folium est, sensus omnes benè custodire, maximè autem visum & auditum. Spina lacerans hujusmodi folium est curiositas, & desiderium videndi nova, vel audiendi vana. Quintum est, Verba otiosa, inania, vana, & maximè indecentia fugere, quia ut Apostolus ait; corrumpunt bonos mores colloquia mala. Sextum denique folium est, omnem occasionem suspiciosam, malos & mundanos homines fugere, & ubicunque advertit periculum etiam minimi defectus incurrendi, illud evitare. Grana autem aurea lilij castitatis sunt tres modi diligendi DEUM, quos distinguit S. Bernardus dicens; Disce amare dul-

citer,

*L. de spec.
vacul.*

Num. 25.

1. Cor. 15.

eiter, amare prudenter, amare fortiter; Dulciter, ne illecti, prudenter, ne decepti, fortiter, ne oppressi, ab amore Domini avertamur.

3. Ut autem hoc castitatis liliū DEO & Angelis suave olens intactum conservetur, opus est quotidianā pugnā, multoque sudore & labore. Siquidem, teste S. P. N. Augustino, inter omnia certamina Christianorum sola dura sunt prælia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & rara victoria; gravem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur. Nam profectio ita est, Spiritus enim fornicationis nulli ætati, nulli sexui aut conditioni parcat, fugatus enim redit, mortificatus reviviscit, debellatus denuo bella movet, prostratus resurgit. Hinc S. Chrysostomus ait; Audivimus hoc nostro sæculo, nonnullos ferro totum corpus obligantes, & sacco vestientes, & ad vertices montium currentes, & in continuis vigiliis, ac inediā summā viventes, & omnem disciplinæ severitatem ostendentes, mulieribus ingressum in tugurium suum interdicerere, atque hęc ratione se ipsos castigantes, ægrè tamen concupiscenriæ furorem comprimere. Unde Sarra Abbatissa etiam multum jejunaret & vigilaret, nilominus tamen acriter per annos tredecim impugnata fuit. S. Pachomius optabat ferarum dentibus laniari, eò quòd quadraginta annorum solitudine, jejuniorum, aliarumque rerum asperitate hunc hostem expugnare non potuerit, licet nunquam penitus eidem succubuerit. Moyses ex grandi latrone major athleta Christi, quid non incepit, ut per carnis edomationem veniret ad castitatem? Unde quia jejunando hunc hostem reprimere non satis potuit, decrevit totam noctem pedibus insistere, neque cuiquam fulcro ad somnum captandum inniti. Atque hęc vivendi methodo sexennium est usus sic ut nullam neque diurnæ neque nocturnæ quietis partem caperet, sed suis identidem præces ad DEUM funderet; neque tamen pravi cupidinis ignem extinguere potuit.

4. Notum est etiam heroicum S. Benedicti factum; cum enim castissimus juvenis venereis ignibus se accensum sentiret, ut hos extingueret, & victoriam de carne reportaret, vestibus suis exutus, totusque nudus in medias sese spinas & urticas abjecit, in ijs tamdiu volutus, donec toto corpore Saucius esset. Fuit hoc adeò gratum DEO Sacrificium, ut nihil omnino deinceps tentationis hujusmodi experiretur. S. Franciscus Seraphicus à dæmone per impuras suggestiones agitatus nudum corpus in foveam glacie plenam projecit. Alias etiam cum se ardentissimis pravi cupidinis facibus uri sensisset repente vestes exuit, & acerrimè flagris in suum tergum animadvertit, suoque conclavi progressus, hortumque ingressus, mediis sese nivibus involvit, dein & cum septem nivium cumulos aggefisset, ait; Ecce major hic cumulus est uxor tua, reliqui sunt tui filij & filia & famuli, confove eos, ne frigore extinguantur. Quid si molestum tibi videtur, agedum ferventiùs Deo famulare.

Itaque

In lib. de
bon. huz.
cap. 2.

Pallad. c.
26.

Itaque igne divino ignes venereos extinxit sic, ut ne scintillam similis incendij perferentia. Similes alias SS. Virorum victorias a carne reportatas omnes recensere nimis longum foret. attamen quod memoriae subit, non est silentio involvendum videlicet de Beato Nostro Joanne Bono; hic namque ut faces libidinis extingueret, accepit arundinem, atque in multas acutissimas partes discidit, quas sub unguis posuit, elevansque manus super lapidem tam fortiter impressit, ut usque ad digitorum summitatem intrarent. Cruciatu hic Virum Sanctum tanto dolore affecit, ut in terram corruens per integrum triduum semivivus jaceret. Placuisse autem DEO tam forte certamen ex eo liquet: Nam apparens ei dixit: Quia bene capisti, bene perseverabis; Et quia viriliter contra tentationes dimicasti, de cetero non tentaberis. Quibus auditis integre convaluit ac surrexit.

S. Anto.
vin. p. 3.
hist. tit. 24.
c. 13.
Historia.

Niceph.
c. 10.
Historia.

Pratum
Spir. c. 60.

Fulg. 1. 4.
c. 5.
Historia.

L. 7. c. 13.
Historia.

5. At adhuc plus attentavit S. Euphrasia Antiochena, maluit enim perdere vitam quam suae castitatis facere jacturam, cum enim a milite amasio deprehensa, non posset evadere, dixit, se eum docturam artem, quam in bellis laedi non posset, si sibi parceret, utque ejus experimentum fumeret, collum unguento unxit, quod feriens ille uno ictu amputavit. Talis heroina erat altera quaedam Virgo Alexandrina, quae cum advertisset adolescentem quempiam oculorum suorum pulchritudine esse captum, ne Virginitatem suam periculo exponeret, eosdem sibi eruit, ac eidem submisit. Alias Abbatisa quaedam cum Virginibus suis in Ptolemaide. Anno 1291. urbe a Saracenis captâ, cum veneris vim magis facrae mulieres, quam mortem vererentur, ipsae sibi nasos & superiora labia defecuerunt, arbitratae fieri posse, ut hac deformitate ab injuria tutae forent, idque eas minimè sefellit. Nam ut ita effectas Saraceni conspexerunt, omnes interemerunt. Non minus etiam laudis reportavit quidam Asceta, de quo narrat Nicephorus Callistus in Ecclesiastica historia, quod castitatem & virtutes alias piis studiis sedulo meditans, aequali decertaverit agone. Is cum expugnari non potuisset, nullamque Adversariis vincendi spem reliquisset, post innumera Tormenta in lectulo florido vinculis sericis ligatus reponitur, & mulier eleganti formâ praestans, & non minus compta quam impudica ad eum mittitur, quae illum complectens, exosculans, manusque petulanter ad membra secreta adhibens, procacissimè ad rem illicitam nihil proflus lasciviae & illecebrarum praetermittens concitat. Ille aliud quod faceret non habens, linguam ipse suam morsu conscisam dentibusque comminutam in faciem meretricis expuit. Quare sibi ipsi quidem pro voluptate dolores, impudicae autem mulieri probrum atque stuporem cum acerbitate causavit, & sicut in certamine pudicitiae adversus eam victor fuit, ita paulo post vitam Martyrij Sigillo confirmavit.

6. Sic sic Sancti Viri Sanctaeque feminae in arena adversus pravum cupi-

cupidinem decertarunt, quò inæstimabilem Castitatis gemmam confer-
varent. Quamobrem quisquis hunc pretiosum thesaurum consequi cupit,
quisquis hoc Castitatis Liliū integrum conservare appetit, & quis-
quis tandem de hac Angelica virtute æternū gloriari peroptat, ut stren-
uè cum Sanctis Viris dimicet, necesse est; ad quid enim aliud signum.
Virginis in Zodiaco inter Libram & Leonem positum est, nisi ad desi-
gnandum Castitatem non posse conservari nisi inter libram, idest, temper-
tantiam, & Leonem, idest fortitudinem. Hinc teste S. Chrysostomo
Virgo (& Castitatis amator) à bello nunquam cessare potest. Ratio,
quæ assignari potest, est, quia cum triplici hoste colluctandum est, quo-
rum nullus cessat carnem pro viribus inflammare. Primus ipsa natura
est; alter cibus & potus; tertius dæmon. Intelligis ne frater chare quæ
dixi? at, antequam plura superraddam, mox videris mihi obijcere,
quò exemplo Sanctorum Virorum ita jejuna & vigilare quò debilem
corporis complexionem haud valeas, neque etiam tam atrocia mortifi-
cationum genera amore Castitatis adipiscendæ subire. Ita est, quod di-
cis, sed audi, quò similia Sanctorum heroica facta sæpe magis stupenda
quàm imitanda sunt. Voluit tamen DEUS hoc nobis notum facere, par-
tim ut videamus, quò nec sancti Castitatis Margaritam sine prævio acri
certamine consequi potuerint, partim etiam ut saltem pro viribus nostris
hos imitemur, & tametsi iisdem tam generosis armis, quibus ipsi dimi-
cârunt, nos pugnare vix valeamus, dantur tamen alia, quibus æque ho-
stem nostrum Domesticum subigere, ab eoque victoriæ palmam reporta-
re possimus, cujus generis sunt ea, quæ supra in sex foliis Lili Castitatis
intimata sunt, ex quibus aliqua fusiùs dilucidabuntur in sequentibus, &
simul alia nova superaddentur.

7. Cùm ex dictis facilè constare possit mortificationes corporales,
etsi ad castitatem multum juvent, non tamen sufficiunt, neque etiam fa-
mes aliæque asperitates infallibile medium sunt, ut testatur S. Climacus grad. 15.
dicens: Ego novi ad summum jejunantes validè fuisse quassatos carnis-
motibus. Igitur non in his duntaxat, sed in DEO præcipua spes ponen-
da est. Hinc qui victoriam à carne reportare appetit, debet imprimis
suam impotentiam ad resistendum tam callido inimico coram DEO fide-
liter fateri, & se adjuvari flagitare. Etenim hoc genus dæmoniorum
non ejicitur, nisi per orationem & jejunium. Hinc Salomon dixit; *Sci-* Sap. 8. v. 21
vi, quia aliter non possem esse continens, nisi DEUS det. Et merito; sicut
enim militiæ Dux, cui castrum aliquod commissum est, videns illud ab
hostibus, quibus imparem se credit, obsidione cingendum, mox ad ca-
stri Dominum literas mittit, auxiliūque petit; ita idem in simili casu
nobis agendum, dicendumque cum S. P. Augustino: O Amor, qui sem-
per ardes, & nunquam extingueris, Caritas DEUS meus accende
me. Continentiam jubes, da, quod jubes, & jube, quod vis. S. Pau-
lus

Ius etiam sciens Sapientis dictum ter Dominum rogavit, ut discederet simul carnis ab eo, & mox à Domino audivit sufficit, tibi gratia mea. Quamobrem non sic petenda est castitas, ut omnino nihil adversus eam sentiamus, sed ne contra eam aliquid perpetremus. Unde supra memorata Abbatissa Sancta, non petiit à DEO, ut ab ea huiusmodi pugna recederet, sed hoc solum dicebat: Da mihi fortitudinem DEUS.

Srimul.
virt. l. 2. c.
23. & 24.

8. Porrò non parùm etiã juvabit in hac periculosa lucta habere suum refugium ad Castissimam Virginem immaculatè conceptam; Si enim, ut D. Bonaventura apud Canisium testatur, ex venerando vultu & corpore prodibat divinum aliquid, & virgineus frigidusque ros, qui ad spectantium impuritatem omnem arcendam & extinguendam mirificè conferebat, & quasi Virgines germinabat, aut ad majorem vitæ honestatem provocabat, quanto magis ab ea nunc gloriosa simile auxilium expectare poterit, qui eam mentis obtutu pie contemplatus fuerit? Si tantum aspectus corporalis hujus SSæ. Virginis adhuc exulantis in terra ad arcendam libidinem & implantandam Castitatem in videntibus promoverit; quale ergo juvamen non sentiet ille, qui eam humiliter invocaverit nunc in cælo regnantem & ad dextram Filii sui sedentem? Profectio non habet, quò trepidet in tentationibus, si Marianam opem sincero corde imploraverit.

L. 2. Epist.
18.

9. Cæterùm ad Castitatem servandam non erit minimum se diligenter custodire, ne quis se à fœmina etiã Sanctissima, aut sibi sanguine junctissima tangi sinat, aut eam tangat, quocunque contactu etiã licitissimo; quoniam non rarò ex tali tactu in anima causatur aliqua immunditia. Hinc in vitis Patrum legere est, quòd quidam fratrum in capitulo delatus sit, quòd mulieri dextram dederit. Qui cum dixisset, fœminam esse sanctam. Præsiciens ait; Pluvia bona est, & bona Terra; tamen ex earum commixtione fit lutum, quo homo fœdatur. Ad hoc porrò magis demonstrandum memorat ad nostrum propositum S. Petrus Damianus, quòd in quodam monte Orientis Lapides sint igniferi, qui masculus & fœmina nuncupantur, & dicuntur Pyroboli. Qui nimirum cum à se procul sunt, non accenduntur; Si verò fœmina appropinquaverit masculo, protinus ex eis ignis egreditur, ita ut omnia, quæ circa montem sunt, flammis vaporantibus exurantur. Ab ipsis ergo lapidibus edocemur, ut, si consumi Libidinis incendio nolumus, mulieris tactum & aspectum declinemus, ne per tactum aut visum flamma prosiliat, quæ in nobis non montis, sed mentis fruteta pervadat. Exempla etiã ad hujusce rei veritatem demonstrandam minimè defunt, ex quibus pauca libabimus.

Jacobus de
Vitiac. in
Vita.
Historia,

Cum quidam prudens & virtuosus vir, & Beatæ Mariæ Oegniacensis familiaris, ex nimio spiritualis affectionis excessu manum ejus strinxisset, mox primos motus concupiscentiæ oriri in se advertit. Hinc vox, quæ olim S. Maria Magd. compellabatur, de cælo lapsa audita est; Noli me tangere.

tangere. Unde cautior factus, ab ejusmodi sensualitate abstinuit. Leo Papa in die Resurrectionis Domini cum Missam celebraret & fideles communicaret, quædam mulier ejus manum osculata est, & ex hoc in eum vehementem carnis tentatio insurrexit. Vir DEI eandem manum scandalizantem penitus amputavit & à se rejecit. Interea murmur oriebatur in populo, cur summus Pontifex divina more solito non perageret; Tunc Leo ad Bm. Virginem se convertit, & ejus providentiæ se totaliter commisit. Illa verò continuo ipsi affuit, & abscissam manum ejus Sanctissimis suis manibus ei restituit & reformavit jubens, ut procederet & Sacrificium suo Filio immolaret. Leo igitur Papa omni populo, quod sibi contigerat, publicavit, & manum restitutam omnibus ostendit. Tantum valet tactus mulieris.

Author
qui se vocat
D. Di-
scipl.
Historia.

10. Hinc non immerito Angelicus Doctor S. Thomas Aquinas canepius & angue fæminas declinare solebat, & certè nullam vel in extremitate unius digiti tetigisset, etsi forsan omnes mundi thesauros aliquis ei dedisset. Unde cum fortè à Matrõna quædam eum comiter affata quereretur, cur ipse de fæmina natus, adeò eas horreret? respondit, ob hoc ipsum fæminas horreo & fugio, quod illarum unâ sim prognatus. Nam etiam Sal, inquiebat ille, generatur ex aqua, nec tamen majorem habet adversarium quàm eandem aquam. Verum enim verò si ita devitavit mulieres ille, qui divinitus Castitatis Lilio impertitus fuit; Nam cum impudicam pellicem fæminarum Salacissimam, ad ejus pudicitiam labefactandam à fratribus conductam, titione, è foco arrepto fugasset, & manantibus ubertim lachrymis à DEO Castitatis donum petiisset, somno oppressus secundum quietem duos Angelos ad se venientes conspexit, qui baltheo arctè validèque lumbos Adolescentis strinxere, ac Castitate magis Angelicâ quàm humanâ impertière. Si, inquam, ille tam diligenter omnem muneris hujusce perdendi occasionem vitavit, neque se à fæmina tangi siverit, quid, quæso, nos simili cœlesti favore minimè donati agere non deberemus, ne hunc thesaurum amittamus? Si tam inclytus Ecclesiæ Doctor cum mulieribus absque Castitatis diminutione se non posse conversari crediderit; quid ergo nos miselli tutè & sine castimonix detrimento id præstare posse arbitremur? Præterea etiam pudicitix amator summopere cavere debet, ne seipsum aliquo modo inhonestè tangat. Unde Surius in Vita S. Godefridi Episcopi meminit de Garthusiano quodam, qui tribus integris annis inhonesta corporis nullo casu, nullaque necessitate contrectavit, quæ res ita commovit S. Godèfridum, ut relicto suo Episcopatu voluerit intrare Carthusiam: erat enim tantus amator pudicitix & Castitatis, tantus osor incontinentix, ut Scyphum suum, ex quo concubinarius biberat, illicò vendi jussit, & pretium dare pauperibus.

11. Quoniam non minùs mulierum aspectus insidiatur castitati, quàm earum

earum tactus; idcirco talis aspectus, pudicitiae clienti, declinandus est; quia profectò omnis lascivia suum ortum communiter à visu ducit, quod clarissimè conspicitur, ex libro Genetis. Quare enim DEUS, ut Sacer-
Gen. c. 6. v. 6. textus ait, tactus dolore cordis intrinsecus, *delebo*, inquit, *hominem, quem creavi à facie terræ?* & cur paulopost suam hanc comminationem per diluvium universale implere voluit? Ideò, quia videntes Filij DEI filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Ecce causam tanti mali, per aspectum enim filiarum hominum filij DEI cesarunt esse tales, & facti sunt carnis mancipia. Undè dixit DEUS, non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. O quotquot igitur cum his per diluvium extinctis, æternis se ignibus subduxissent, si oculos suos ab aspectu mulierum avertissent? Profectò mors intrare solet in animam per fenestras oculatorum. Meritò
c. 9. v. 8. ergò nos adhortatur Ecclesiasticus; averte, inquit, faciem tuam à muliere compta, & nè circumspicias speciem alienam: Propter speciem mulieris multi perjerunt. Verùm etsi quis non semper per similem aspectum, cum Davide, Salomone, & Samfone in peccati laqueum cadat, exponit tamen se talis magno labendi periculo, quod quàm plurimis comprobare possem historijs, at brevitatis ergò tantum pauculas afferam.

Ribadine-
 ria in Vita
 S. Brigidæ
 Virg.

12. Quædam Monacha, cum in procacem quandam juvenem curiosius oculos defixisset, tanto repente pravi cupidinis igne accensa est, ut infelix nullam quietis partem haberet; Dæmon enim identidem vivam conspecti Adolescentis speciem animo representavit, & quotidie pro suo solenni impuri amoris flammâ eam accendit, & haud etiam hanc inoniam in lapsum pellexisset, ni specialiter DEI gratiâ præventa fuisset. (Tanti est sensuum obserâsse portas, per quas in animam mors ascendit) Nam cum jam periculo propius aberat, divinitus instincta, prunas è foco corripuit, nudisque eas plantis calcavit, itaque Vulcano, veneris ignem triumphavit. Nihilò melius etiam ex tali aspectu evenit S. Bernardo: Vix enim castissimus hic juvenis ex aliqua incuria formosam quandam comptamque sceminam suismet oculis arbitratus esset, mox pravum sensualitatis motum in carni oriri advertit, quem ut sensit S. juvenis, & quòd hujusce tentationis causam sibi ipsi dederit, vindices à semetipso pœnas expetiturus, notamque eluturus, ac labendi periculo se expediturum credens, in glaciale sese stagnum immerisit, ac illic tamdiu duravit, donec ipsum naturalem calorem propemodum extinxerit. Itaque semivivus indè fuit extractus. Porro etsi hoc actu tam generoso meruerit concupiscentiæ carnalis habenas, sic, ut omnis ille fomes, qui regnat in nostris membris, penitus aboleretur, nihilominus tamen jam cautior factus oculos suos sic refrenavit, ut in hac mortificatione nullus fuerit inventus ipsi par. Et ut alia omittam, quid S. Benedictum in summum perdendi castitatis florem discrimen pellexit, & non aspectus ille, quo Romæ quon-

quondam aliquam fœminam fixius intuitus sit? & nſiſſe voluſſet in ſpinis, quò forſan abſiſſet? Quis ergò nunc inſiciari præſumit, non ineſſe ullum periculum tali vano aſpectui? Nam certò ſi talis curioſus obtutus nil diſcriminis præferret, hunc Viri celebres ac Spiritùs Sancti donis afflati non tam acriter perſtinxiſſent. Placet itaque audire factum S. Dominici, qui cùm fortè certum negotium tractaret cum fratribus, ingreſſus eſt Sacriſta, & uni in aurem inſuffuravit, *Pulchra mulier adeſt, petens conſiteri.* Audivit in Spiritu S. Pater Sacriſtæ dictum, quare eum acerbiffimè objuravit, & pro clauſula addidit, dicens; Vade jam, & diſce fœminas intueri, & de colore judicare. S. Sabbas Abbas etiam, cùm advertiſſet multos aliquam mulierem comitatos eſſe, Socium ſuum probare volens, dixit; *Compatior huic mulieri, quòd unum duntaxat oculum habeat; cui cùm Socius reſponderet, utroque & quidem eleganti eſſe præditam, ergòne eam, inquit, vidifti? diſcede, nolo talem Socium, quì ſit tam curioſus.* Porrò nunc memoratorum veritatem non obſcurè confirmat S. Job, qui malum hîc latens optimè noverat, ideò meritò ait; *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nè cogitareſ quidem de Virgine.* Quieſce ergò nunc mi frater his, & ſtude refrenare oculos tuos ab aſpectu mulierum; Quòd ſi verò hoc tibi pergrave caderet, compella teiſum his S. P. Auguſtini verbis; *Potuerunt hi & illi, & tu non poteris? At nunc jam odorò, te aſſectare in hoc genere aliqua exemplaria, quamobrem deſiderio tuo ſatisfacturus repræſento tibi deſiderata in parte ſubſequenti.*

PARS TERTIA.

13. S. Andreas Corſinus adeò caſtimoniæ deditus fuit, ut nè Matris quidem & Sororis colloquia ſine rubore ſuſtineret; Aliarum verò mulierum aſpectus rejiceret proſus, aut ſi neceſſitas urgeret, non niſi defixis in terram oculis eas alloqueretur; Ob quam ſeveram oculorum, ſenſuumq; cuſtodiam, dum Pariſijs ageret, Frater cæcus, ſurdus, mutusque appellabatur. Beatus Aloyſius Gonzaga eſt tantà à DEO caſtitate præditus eſſet, ut nullam obſcœnam cogitationem vel motum, neque noctu, neque interdiu unquam experiretur, nihilominùs tamen mulieres ſic fugiebat, ut ei nativam cum his diſcordiam intercedere diceret; nullam certè, etiam conſanguinitate conjunctam, aſpicere ſuſtinebat. Alphonſus Rodriquez in Societate JESU Laicus, eſt per quadraginta annos ſanitor fuerit, nullam tamen fœminam de facie noverat. S. Hugo Epicoſopus Gratianopolitanus in toto ſuo Epicoſopatu ne unicam quidem fœminam ſecundùm faciem aſpexit. Frater Franciſcus à Daraſcha Capucinus, tametiſi Quæſtuarius eſſet, attamen per annos viginti ſex fœminam nunquam aſpexit, qua de cauſa communiter appellabatur *fœminæ fuga*. Nempe genuinus diſcipulus S. Franciſci erat, qui ſuis identidem inculcare ſolebat, ut mulierum familiaritates colloquia, & aſpectus ſummo ſtudio devitarent, per hæc enim debilem frangi, & fortem ſæpenumerò infirmari. Et cum fœ-

Vitt P. P.
Occid. 1. 7.
c. 10.

Lanciz.
opusc. 2.
Historia.

c. 31. v. 2.

Lanciz.
opusc. 2. n.
276.

In ej⁹ Vita.

Vital 1. c.
18.

Boverius
in Annal.
1607.

minis familiariter conversari, & non uri, perindè esse, ac nudis pedibus calcare prunas, & ignem sinu gerere, neque tamen incendi. Quia in ipse S. Pater tam cautus erat, ut Socio aliquando dixerit, se nullam foeminam de facie nosse.

Chron.
Francif.
can. p. 2. l.
4. c. 52.

14. Similia alia plura exempla & quidem novissima, ni brevitatis terminos excederem, afferre possem, at omiſſis cæteris tantum adhuc unicum audire libet de P. Nostro Adalberro à S. Alexio olim Definitore generali, qui meus Magister in Noviciatu fuerat. Huic in cætera charismata divinitus sibi concessa non minimum fuit, ut oculos suos ita gubernare posset, ut nunquam à terra nisi ad cœlum suspirando oculos attoleret, multo minus hos in aliquam foeminarum figeret, quas fugere & verbo & exemplo suos discipulos docuit. Porrò causam, ob quam specificati Servi DE I oculos suos refranabant, assignat Beatus Rugerius Franciscanus, quem cum Confessarius ejus percontatus esset, cur ita fugeret aspectum foeminarum, cum puritatis dono à DE O donatum se sciret? Respondit: Dum homo facit, quod in se est, DE U M quoq; facere, quod in ipso est, & hominem custodire à lapsu: Sed dum homo permittit naturam liberè ferri in ea, ad quæ propendet, tunc DEUM permittere, ut homo sufficenti tantum auxilio adjutus cadat facilè.

In ej^o Vita.

In ej^o Vita.

Niceph.
Callistus
l. 8. c. 41.

15. Demum ad castitatem etiam spectat, ne quis se ipsum absque inevitabili necessitate denudet, neque etiam aliquam nudam corporis partem aspiciat; ad quod declinandum movet nos suo exemplo S. Vincentius Ferrerius, qui triginta annis nunquam se nudum vel nudam corporis sui partem aspexit præter manus. Quantopere verò talis virginialis verecundia DEO placeat, colligitur ex eo, quod evenit S. Antonio Abbati; Cum enim fortè Lycus ei fluvius esset transvadandus, Theodorum viæ comitem rogavit, secederet, dum transito nudis pedibus flumine in alteram ripam emerisset. Sed Socio tantisper averso, cum virgineo suffulsi rubore suorum pedum nuditatem nihilominus erubesceret, sese caligis sive calceis exuere veritus, in alteram repente ripam prodigio translatus est. Simili cœlesti favore Ægyptius Ammon, eo quod erubuerit se denudare, etiam dignatus fuit non sine ingenti discipuli sui admiratione. Undè patet, quàm acceptabile sit in conspectu DE I vel minimum defectum contra hanc Angelicam virtutem declinare. Qua de causa meritò quilibet DE O magis placiturus satagere deberet, quo hos viros Sanctos imitaretur.

Ex Petro
Ven. l. 1.
de mirac.
c. 14
Historia.

16. Ad hoc verò melius amplectendū bonū erit se stimulare, considerare scilicet, quantum DEO displiceat immodesta denudatio quod quis videre poterit ex hac historia. Quidam Conversus Ordinis S. Benedicti, dum in dormitorio jacentis, ubi pro more lampas ardebat, rectè obdormiscere vellet, advertit advolante m, ingentē vulture m, qui ponē suum lectum se collocabat. Et dum adventum huius avis expavesceret, conspexit duos alios

Dæmo-

Dæmones in schemate hominum, qui vulturem his compellabant: Quid hic agis? nulla ne tibi potestas in religiosos hinc loci commorantes: Qui respondit, non, siquidem omnes se Crucis signo & aspersione aquæ lustralis munierunt, nec non aliquos versiculos ex Psalmis platraverunt, ideò oleum operamque lusi, & quia in vanum laboravi totus fatigatus hinc quiesco. Sed undè vos estis? ait vultur, meliùsne vobis evenit? Ita sanè, inquit, nos enim venimus Chalonà, ubi alicui militi persuasimus, quod cum sua hospita adulterium perpetraverit, & in quodam canobio pelleximus etiam Ludimagistrum ad turpe scelus cum proprio discipulo committendum. Quod autem tui interest, ajebant illi ad vulturem, es stolidus & timidus Socius; Sedes namq; hinc apud Conversum, qui nos aspicit, & benè vides, quòd inhonestè hinc jaceat, & os nudum extra lectum habeat pendulum, cur ergò illud tuo rostro non refecas? vix verba compleverant, & ecce unus eorum arripiens securim, volensque amputare expositum, denudatum pedem, magno impetu super illum percussit, & haud dubiè etiam detruncasset, ni frater, qui omnia audierat, protinus pedem in lectum retraxisset. Quo facto omnes evanuerunt reliquentes in lecto lectum securis, & in corde Monachi magnum horrorem. Verùm si ita evenit illi, qui non curiositatis, sed duntaxat refrigerandi causâ se denudavit, in qualem ergò non ignominia notam apud DEUM, & apud dæmonem irrisionem & ludibrium incurret, qui ob vanitatem & curiositatem se denudare ac aspicere non erubescit? Etsi verò talis proprii corporis nudus aspectus ob solam curiositatem non sit peccatum grave, repugnat tamen valdè honestati, & est via valde proxima ad illicita, qui enim amat periculum peribit in eo. Præterea etiam turpissimum est sub vexillo Christi militare, & nudum corpus adversario monstrare. Cave ergò chare frater, nè, dum solus in cella es, aut te ad somnum capiendum exuis, te denudes, aut aliquam nudam corporis partem respicias. Noli enim cedere carni aut dæmoni hæc suggerenti.

17. Verùm enim verò quia juxta Philosophos bonum ex integra causa, malum verò ex quolibet defectu est, idcirco, ut quis perfectam castitatem fortiatur, prædicta servare nondum sufficit, si non addit punctum subsequens: Quid enim prodest non aspicere aut tangere fæminam, si earum frequenti accessu ac familiaritate gaudet, quæ, quemadmodum D. Hieronymus ait, prima sunt Clericorum tentamenta? hinc rectè Spiritus Sanctus per os Ecclesiastici monet, in medio mulierum noli commorari, de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Quod dictum, si multi servassent, haud tam miserabiliter in oblcœna scelerata se demersissent; In quorum classe erat quidam Canonicus, qui cum Canonicatum præpinguem in curam animarum convertisset, ut eas DEO lucrifaceret, Septuagenariam Virginem, quæ cilicium ejus lavare solebat, deperire cœpit, & opportunitate pellexit vitia vitavit. Quo scelere admissa,

C. 42 V. 12.

Canipr.
l. 2. apum
C. 30 § 47.
Historia.

ipsa

ipsa quidem pœnitens resipuit, at ille infixus luto misere perijt. Habemus etiam alia exempla, quibus ostenditur; nec Sanctitatem nec consanguinitatem satis tutam esse. Quidam à persecutoribus suspensus & amputatus missus erat in carcerem, ait S. Macarius; ministrabat autem ei quædam de nostris Canonica, nempe castimonialis, cui cum paulatim fieret familiarior, tandem cum ipsa cecidit. Rufinus narrat quendam Monachum habitasse in eremo: venisse autem ad eum consanguineam, cum qua tandem peccavit cum ingenti dæmonum tripudio. Quid aliud etiam ad lapsum impulit S. Iacobum Eremitam, & Joannem Gvarinum cum multis alijs perfectissimis viris, quam brevis cum mulieribus cohabitatio, aut nimia familiaritas? Undè S. Bernardus bellè ait: habitare cum scœmiva, & non cognoscere scœminam plus est, quam mortuum ad vitam suscitare; Quod minus est, non potes: quod majus est, vis, credam tibi?

18. Quapropter meritò ad omnem scœminarum familiaritatem declinandam nos adhortatur S. Dorotheus, inquiens: Melius est tibi lethiferam æruginem comedere, quam edere cum muliere, etiamsi Mater, vel soror tua sit. Præstat cum serpente edere, quam cum meretrice, etsi soror tua sit: nam etsi nec cum Matre, nec cum Sorore aut consanguinea peccares, hæ tamen ipsæ in mentem transferent sexus muliebres. Quare S. P. Augustinus rogatus, cur cum Sorore habitare nollet? Respondit, quia non sunt mihi Sorores, quæ cum mea Sorore sunt. Hinc alteri quoque suavit: contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam. Etiamsi enim nihil sit fragilius hoc sexu, est tamen nihil potentiùs ad viros sternendos. Pericula à familiaritate muliebri iminentia pulchrè per statuam Nabuchodonosoris explicat Richardus de victoria. Ejus statuæ caput ex auro optimo erat, pectus & brachia de argento, porrò venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ. Adeoque omnia ingentis hujus Machinæ metalla pretiosissima simul & solidissima erant, & tamen mox in minutissimum pulverem contrita & redacta fuere, dicente Scriptura: Contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in favillam. Sed quænam terribilis hujusce ruinæ causa extitit? Abscissus est lapis, percussit statuam in pedibus ejus ferreis, & scissilibus, & comminuit eos. Quid est fulgor capitis aurei, nisi fervor cœlestis desiderij? Claritas pectoris, & brachij argentei, nisi certitudo recti consilij, & rectitudo operis certi? Adeoque omnia hæc metalla, varias præfigurabant virtutes, quæ in anima magnis passibus ad Sanctitatem gradiente resplendere cernuntur. Sed undenam statuæ hujus tam proceræ & pretiosæ lapsus? Planta testea designat voluptuosam, superfluitatem. Unicus quantumvis modicus lapillus, unicum verbum obscœnum, vel obtutus, gestus aut cogitatus lascivus, unica proxima occasio à nobis non repudiata, ad hominem virtute & Sanctitate, quantumvis eminenti conspicuum, turpiter dejiciendum sufficiunt, dum
,,plantæ

S. Macar.
Ægypt.
hom. 27.
q. 6.
L. 2. Vit.
PP. n. 24.

Ter. 65. in
Cant.

Doct. 10.

Drexel. p.
1. Rosar. c.
10. §. 3.
Ser. 150.
de Temp.

L. 1. p. 1.
c. 25 de
erud.
Dan. 2.

„plantæ testæ, quæ luteam voluptatem indicat, innititur, quia tametsi
 „caput aureum sit, tametsi in propositis nostris ad non consentiendum,
 „chalybis instar, stabiles sinus, pedes tamen quibus hæc omnia innituntur,
 „ex testa lutôq; sunt ficti. Habemus thesaurum istum, inquit Apostolus, 2. Rom. 4
 „in vasis fictilibus.

19. Hinc S. P. Augustinus; Cum mulieribus, ait, sermo brevis, aspe-
 ra rigidus semper habendus est: nec ideò minus vitandæ, quia bonæ in-
 dolis & honestæ videntur; sed tantò magis afficiunt, & sub specie virtutis,
 viget plurimum viscus libidinis. Non latuit hujusce sententiæ veritas S.
 Arsenium, ideò à familiaritate mulierum magis abhorrebat, quàm à con-
 spectu basilisci. Hinc cum fortè Matrona quædam nobilis Româ venisset In ej⁹ Vita.
 in Ægyptum, quo virum Sanctum suis & oculis usurparet, & Eleemosynis
 juvaret, & aliquid ab eo Salutaris consilij referret. Sed simul eam vidit,
 turbatus ait; An ignoras te mulierem esse, cui quocunque non licet ex-
 ire? Quomodo tantum pelagus navigare præsumpsisti? An ideò huc ve-
 nisti, ut Romam rediens, alijs te fœminis glorieris vidisse Arsenium, ut
 fiat pervium mare ad me venientium fœminarum? Atque hæc adeò seriâ,
 gravi caperatâque fronte dixit, ut illa præ verecundia nec oculos attolle-
 re ausa, toto corpore atque omnibus artubus contremiscens dixerit: Si
 vult DEUS nullam huc venire permittat; Sed ut pro me ores, & in me-
 moria habere digneris exoro. Cui Arsenius: Oro DEUM meum, inquit,
 ut deleat tuam ex corde meo memoriam. Tanta fuit Arsenij in alloquen-
 dis fœminis cautela, quòd hæ quasi totidem laquei sint, quibus cacodæ-
 mon sanctissimos quosque fortissimòsque viros illaqueet. Undè meritò
 dixit S. Martinianus, dum cuidam Virgini naufraganti auxiliarem manum
 porrexit; Ignis cum sæno nequaquam convenit benè. Quapropter ma-
 luit se in mare præcipitem agere, quàm cum fœmina ex maris fluctibus
 eductâ habitare. Aliud perpulchrum exemplum nobis reliquit vir ille, In Annal.
1216, n. 24.
 religiosissimus ex Ordine S. Francisci, de quo Wadingus refert, quòd à
 Virgine quadam, è gynescæo Sanciæ Principis, rogatus sit, ut ad collo-
 quium in templum prodiret, qui in una manu ignem, in alterâ verò paleas
 portans ad Ecclesiam processit. Cùmque ad conspectum Dominæ venis-
 set, paleas igne accendit cum dicto: Domina ideò tuum quantumvis
 pium alloquium reculo, quia timeo, nè mihi contingat, quod paleis ac-
 cedis vides. Et cum dicto, ab ea pudore suffusâ recessit.

20. Itaq; congressus cum fœminis penitus vitandi sunt, nisi necessi-
 tas cogat inevitabilis, quâ urgente, nihilominus tibi, mi frater, tanquam
 ab igne cave, ac stude, quàm citissimè recedere. Abscondet quis ignem
 in sinu suo, & non comburetur: Quod si dicas ex his confabulationibus
 nil sentire in carne tua, tu vel expers es naturæ virilis, vel ita passionibus
 & cupiditatibus obrutus, ut instar phrenetici morbum haud sentias.
 Porro esto nihil sentias; Undè verò scis, nec illam ex tuo accessu tentari?

In lib de
sing. Cler.

Sup. Psal.
50.

Antonius
Ser. de
mul. im-
prob:
Ibidem.

Itaq; oportet esse hos congressus aut breves vel nullos. Quod non ideo definimus, quasi sexum damnemus, sed ne temerè nos in periculum conjiciamus. Cæterum ut promptius quis familiaritatem muliebrem declinet, consultum erit perpendere, quidnam Sancti Patres de fæminæ nequitijs posteritati reliquerint. S. enim P. Augustinus his mulierem depingit verbis: De carnibus scintillæ profiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aspides sibilant, & mulier fundit concupiscentiæ pestilentiam: in risum aliquando dissolvitur, nunc blanditias exhibet, & quod est venenosius super cuncta, psallere delectatur aut cantare: cujus cantu tolerabilius est audire basiliscum sibilantem. Quid est, speciosa mulier? inquit D. Chrysostomus, sepulchrum dealbatum, nisi fuerit casta & pudica. Pulchritudo autem sine his virtutibus est præcipitium patens, venenum inspicientibus compositum. Et in Sermone de Decollatione S. Joannis Baptistæ: sic idem gloriosus Doctor describit malam fœminam. Quid quis dicat, aut quomodo quis enarret mulierem illam crudelem & malitiosam? Ego quidem existimo, nullam esse in hoc mundo bestiam comparabilem mulieri malæ. Quid inter quadrupedia animala leone sævius? sed nihil hæc ferocius. Quid inter serpentes Dracone acrius? nec hic quidem, cum muliere mala conferri potest. Nam Leo & Draco in malo inferiores sunt. Daniele Leonem in lacu reveriti sunt, justum verò illum Naboth Jezabel interfecit. Cetus Jonam in ventre custodit: Dalila Samsonem circumventum illecebris, naso etiam capite deformatum alienigenis tradidit. Joannem Baptistam in deserto viventem Dracones & aspides subditâ feritate tremuerunt, Herodias verò eidem caput abscidit. Per mulierem Adam ab initio in paradiso cecidit, mulier ipsum exterminavit, Per mulierem David innocentem Uriam dolo occidentem hostibus præsentavit. Mulier castissimum Joseph vinculis alligatum in carcerem trussit. Mulier sapientissimum Salomonem in prævaricationis Sacrilegium præcipitavit. O malum summum & acutissimum diaboli telum mulier! hæcenus Chrysostomus. Hinc Protagoras quæsitus, cur inimico suo filiam uxorem dedisset? respondit: quia nihil ei deterius dare poteram. Et Democritus interrogatus, cur magnus ipse parvam uxorem duxisset? respondit: in malo eligendo minimum elegi.

21. Itaq; quia perrara est mulier pia & sancta secundum illud Ecclesiasticus. C. 7. v. 29. *stis. Virum de mille unum reperi* (perfectum intellige & virtute præditum) Ecclesiasticus: *mulierem ex omnibus non inveni.* Quod etiam in alio loco indicat: *gratia C. 26. v. 1. super gratiam, inquit, mulier sancta & pudorata.* Et in Proverbijs: *Mulierem fortem quis inveniet?* procul & de ultimis finibus pretium ejus. Quia inquam, rarò invenienda est mulier virtuosa & perfecta, ut ex his textibus facile colligere licet, ideo mihi chare frater declina hunc sexum quantum fas est, ne cum millenis & millenis jam per mulieres deceptis etiam fallaris. Quæ, si omnia nunc dicta facies, magnam in sancta & DEO promissa virtute castitatis accessionem facies. Vale.

SER-